



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

sanctæ, & individuæ Trinitatis, & translatus est. Quo miraculo multi Sarracenorum conversi, Christi fidem susceperunt. Marc. Polyt. navig. lib.

1. c. 18. & Majol. de admir. nat. reb. qui alias auctoritates adducit, colloq. 16. §. post hæc omnibus seculis, pag. mibi 728.

## DE IVDAEIS, ET SARRACENIS.

### Cap. IV.

#### S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1 Iudæi ipsi bruti sunt deteriores,<br/>Ad Christi fidem conversi retinent jus successione, ibidem.</p> <p>2 Possunt petere legitimam vivo patre.</p> <p>3 Sunt in fide instruendi, &amp; à quibus.</p> <p>4 A suis domesticis, &amp; parentibus sunt segregandi.<br/>Ad fidem non sunt cogendi, ibidem.</p> <p>5 Antequam baptizentur, quandiu expectandum.</p> <p>6 Non debent per vim baptizari.</p> <p>7 Et quare.</p> <p>8 Idem, quod supra, num 4.</p> <p>9 Restitutio non datur contra impressionem characteris.</p> <p>10 Dolus, quo quis ad bonum inducitur, non imputatur.</p> <p>11 Iudæi in delictis ecclesiasticis subsunt foro ecclesiastico, &amp; in quibus.</p> <p>12 In quibus delictis subsunt foro seculari.<br/>Iudex ecclesiasticus in causis misti fori, etiam contra Hebraos jus habet preventionis, ibidem.</p> <p>13 Iudæi nondum conversi non possunt dici hæretici, &amp; quare.<br/>Infideles non possunt esse hæretici, &amp; quare, ibidem.</p> | <p>14 Neophyti contumaciter Iudæizantes, tanquam hæretici, sunt puniendi.</p> <p>15 Iudæi, si fiant Sarraceni, non puniuntur.<br/>Limita, ibidem.</p> <p>16 Iudæi non possunt excommunicari, &amp; quare.</p> <p>17 Idem, quod supra num. 11.</p> <p>18 Ancharani opinio reprobat.</p> <p>19 Idem, quod 12.</p> <p>20 Idem, quod supra num. 11.</p> <p>21 Idem.</p> <p>22 Idem.</p> <p>23 Hæreticorum fautores sunt ipso jure excommunicati.</p> <p>24 Idem, quod supra num. 11.</p> <p>25 Idem.</p> <p>26 Iudæi Christianos probro habent, &amp; ludibrio.</p> <p>27 Iudæi, si contra legem suam peccent, puniuntur à Iudice ecclesiastico.</p> <p>28 Iudæis publica officia minimè committenda.<br/>Et quare, ibidem.</p> <p>29 Iudæi sunt infames.</p> <p>30 Iudæorum azima Christianis non licet comedere.</p> |
|---|--|

31 Iudæi.



- 31 Iudæi non possunt doctoratus dignitate insigniri.
- 32 Iudæi non sunt ad agrorum curam adhibendi, & quare.
- 33 Mortem appetit, qui à Iudæo sanitatem querit.
- 34 Medicus Christianus agrum ad pœnitentiam hortari tenetur.
- 35 Iudæi Christi nomen invocare prohibentur.
- 36 Iudæis Christianorum interdici potest commercium.
- 37 Hereticis, & eorum fautoribus non sunt committenda officia.
- 38 Heretici peiores sunt Iudæis.
- 39 Idem, quod supra num. 37.
- 40 Idem.
- 41 Idem, quod supra num. 16.
- 42 Idem, quod supra num. 36.
- 43 Iudæi, quare in Ecclesia Dei tolerantur.
- 44 Iudæorum fides fundamentum habet veritatis.
- 45 Episcopi non possunt dispensare, ut domus sue nutrices Iudæorum infantes lactent.
- 46 Iudæis inservientes sunt excommunicandi.
- 47 Ecclesia triplex.
- 48 Idem.
- 49 Idem.
- 50 Iudæis synagoga quomodo sint permixta.
- 51 Synagoga apud Hebræos, idem est, quod apud nos Ecclesia.
- 52 Iudæis octo sunt permixta cœtera prohibita.
- 53 Hereticis non licet synagogas, & similia loca sibi constituere.
- 54 Mesquitas apud fideles Sarracenis habere non licet.
- 55 Mahometis genus.

**A**LOCVSTIS ad Iudæos, & Sarracenos descendimus, qui dum suæ cæcitatibus in tenebris vivunt, Christum Jesum minimè volentes agnoscere, non procul absunt ab irrationabilibus, imò his fortè deteriores, juxta *Isai. cap. 1. circa princ.* Bos, inquit Dominus per Prophetam, cognovit possessorem suum, asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cogitavit.

<sup>1</sup> Quandoque tamen † divino instinctu, supernaque luce cœlitus illustrati ad fidem Christi convertuntur, & tunc conversi non perdunt agnationem, quominus parentibus succedant, sicut prius, *cap. Iudæi, & Sarraceni, ubi etiam Abb. num. 2. de Iud. & Sarraceni.*

<sup>2</sup> Quinimò talis filius † conversus potest petere legitimam in bonis patris vi-

ventis, *Felyn. in eodem cap. Iudæi, num. 2. Ferrer. cau. 24. quem citat, & sequitur Vrbil. de Afflic. decis. 151. num. 10. ut in cap. 35. tomo 1. ubi nonnulla de Iudæis, de quibus aliqua inacta hoc loco tangenda judicavi.*

<sup>3</sup> Iudæos ad fidem conversos † curare debent sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum, quam post, illos in articulis fidei, & legis novæ præceptis Catholicæ Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam diocesani operam dare, ne sicut quandoque contingit, ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat, ut inquit *Paul. III. in constit. 29. §. curent insuper, in Bull. Romæ. pag. 415. cap. vos ante, & ibi gloss. & Archid. de consecr. distinct. 4.*

**N u n n a**

**Et,**